

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 2: De aliis peccatis Caput 20: De hereticis (3)

Gregorius:

Heretici depravantes vim faciunt,
quia contra infirmitates fidelium et debilium mentes verborum et operum violentia crassantur.

Vulgum pauperam violent et spoliant, quia dum doctis non prevalent,
indoctes a velamine fidei denudant.

Haeretici igitur depraedantes pupillos uim faciunt,
quia contra infirmas fidelium mentes uerborum et operum uiolentia grassantur.
Vulgus autem pauperum est populus indoctus,
qui si uerae sapientiae diuitias haberet,
uestimentum suae fidei nequaquam amitteret.
Quasi quidam quippe intra sanctam Ecclesiam senatores sunt,
uiri doctores qui cum scientiam in corde multiplicant,
ueris apud se diuitiis abundant.
Sed haeretici uulgum pauperem spoliant quia dum doctos non praeualent,
indoctos quosque a uelamine fidei praedicatione pestifera denudant.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 16.52 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., p.836,
ll.10-19).